

PHRASES ELEGANTIORES EX OPTIMIS autoribus ſelectæ.

A.

to Abide.

NEc libidine dominante temperantiæ eſt locus.
Nec in voluptatis regno poteſt virtus conſiſtere.

Ability. vid. Power.

to Abound.

Ita doloribus permiſta ſunt omnia. Scatent. Circumfluunt. Scaturiunt. Affluunt vndique. Ita omnes dolores, nulla voluptatis permiſtione redundant, vt quicquid videas, mortem videas.
Nam hæc illa Cornucopia eſt, vbi ineſt quicquid volo.

to Abſtaine.

Huic tanquam piaculo aut monſtro alicui abſtinendum.
A qua, tanquam à publica ſentina abhorrere poterat.
Animum à conſueta libidine continuit. Cohibuit. Comprimam me.
Cane peius & angue odiſſe.
Tanquam ſaxa & ſcopulos effugere. Declinare ea quæ, &c.

A Accounte.

A.

Account. vid. Reckoning.

of no Account.

Nullius precij, loci, numeri. Obscuri loci. Vilescet & pro leui erit.
In nutricum cunas eliminandum. Sorderent, ne dicam, puterent.
Non aliud quàm palearum cassa, aut minuti gurguliunculi.
Sunt crepundia; folia farfari. Mala merx est. Fex.
Imi subsellij orator. Tu me haud respicias, natus quasi nunquam siē.
Pro nihilo putare, habere. Aspernari. Respuere.

of good Account.

Seruum habes graphicum & quantiuis precij. Hunc vt pensi habeas.
Et quod isti eruditi vellent omni doctrinâ emere.
Non ita Pici aurum custodiunt, vt ego hunc thesaurum.

to Accuse, take action, sue.

Arcessere, postulare aliquem capitis. Sceleris arguere, insimulare.
In iudicium, in discrimen capitis adducere, afferre, vocare.
In ius rapere, vocare. Reum referre. De parricidio deferre.
His diem dicam, rogabo mulctam. Dicam impingam tibi grandem.
Apud omnes magistratus faxo erit tuum nomen.
Age ergo, in ius ambula..

Acquaintance. vid. Friendship.

Afraid, Affright, vid. Feare.

of full Age. vid. Childhood.

Ætate integrâ. Flos ipse. Ex ephebis excessit.
Ad maturitatem adoleuit, virilem sumpsit togam.
Primas nunc adolescentiæ metas ingredientem.
Nuces reliquit. In lubrico virentis ætatulæ.

to

A.

to Agree.

In eius ſententia acquieſcam. Tuæ ſententiæ ſuffragantur, ſubſcribunt omnes.
In tuam ſententiam pedibus eo. In Catonis ſententiam diſceſſit.
Sperat ſibi auram poſſe aliquam afflari voluntatis aſſenſioniſque eorum, qui & hunc tanquam Coryphæum ſecuti ſunt.
Senatus philoſophorum conſentiunt. Album addunt calculum.
Synodus patriarcharum in philoſophia approbat.
A parte noſtra eſt. Stat à ſententia ſcriptoris.
Ad corporis figuram animi mores aptiſſimè quadrant.

to Allure.

Illecebris, lenocinijs inuitare ad, &c.

to be Ambitious.

Aucupari gloriam. Gloriæ inhiare : vacare.
Conflare populares honores. Sectari auras populares.

to Amend. vide Correct.

Redimere culpam præteritam. In melius commutare.
Reſarcire diligentiâ. Ad virtutis tramitem reducere.
Ab erroribus teterrimis reuocare. Solidare.
In rationis gyrum & doctrinæ ducere.
Romam ad templum Bonę mentis dimittam.
Ab bonam frugem ſe recipere.
E vitiorum cœno, colluvione, gurgite emergere aliquando.
Referre pedem. Receptui canere.

to Anger.

Exulcerare alicuius animum. Ego te commotum reddam.
Alicui ſtomachum aut bilem commouere.
Irarum faces & ſomenta admouere. Irritabo crabrones.
Iram diſtringere aduerſus ciues. Stimulus ego nunc ſum tibi.

Mihi animus ardet, cor cumulatur irâ. **to be angry.**

Irarum ſtimulis exardeſcere. Plumbeas iras gerunt.
Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi.
Totâ excandeſcit bile.

to Appeaſe.

Extemplo iras omnibus memoria patriæ permulſit.
Aut quibus miſericordiæ infulis permulſeris?
Conſopire querelas, lites. Componere bellorum vndas.
Priuſquam iram decoxerit ſuam.
Reprime iſtam tuam iracundiam.

to Apply. vide ſet his Mind to.

to make Aſhamed. Shamefac'd. vide Shameleſſe.

Me in ruborem cogit. Erubeſcenda crimina.
Vereor certè vt violem illam tuam frontem teſtem honoris, ſedem verecundiæ. Punicantem præ pudore. Verecundari.
Non ſinit enim me uerecundia tua dicere, nemo.
Vultum demittere.

to Aſſaile, or Aſſault.

Aperto Marte adoriri: laceſſere. Iugulum petere.
Omni conatu, pugnis & calcibus inuadere.
Impetu, turbâ, confertâ acie ingruere.

to Aſſay. vide Taſte.

to Attaine.

Metam attingere: ſcopum. Voti compos fieri.
Qui eruditum hunc puluerem nunquam attigerunt.
Quod ſi horum vim & nauitatem non effinxero.
Adueniſſe diem mihi ſemper optabilem, qui me maximi voti compotiret.

to Auoid. vide Abſtaine.

to Baniſh.

B.

to Banish.

EDicto à suis Dijs penatibus, aris, focis exterminare.
Ex vrbe, patria, Rep. exigere, expellere, relegare, eijcere.
Aquâ & igni interdicere. Exilio mulctare.

Exilij causâ solum vertere.

to Begin. vide Easy.

Disputationi felix principium dare. Auspicari. Initiari.
Primas lineas ducere. Iter sternere. Velitari.
In hæc verba præfatur. Rem institutam habere. Aggredi.
Operis fundamenta iácere. Et nos prima imperij spatia ingredimur.

to Besiege.

Obsidione tenere. Vallo cingere. Vineas & turres admouere.

Blamelesse.

Non affinis culpæ. Extra culpam est. Expers criminis.

Blinded. vide Darkened.

Mentis (vt ita dicam) præstringit oculos.
Acies mentis corporis dolore retusa vix se exerit.
Nihil vident, qui solem non vident. In sole caligat.
Saturnias lippiunt lemas.

to Boast. vide Proud.

Plenis Buccis & buccinis crepant. ἀνεμώλια βάζειν.
Tripodas & Sibyllæ folia loqui. Ampullas & sesquipedalia verba.

to be Briefe.

Breuiter perorare. Leuiter transire, strictim, cursim.
Præstituere sibi metam. Circumscribere cancellis.
Finire pomœrio. Paucis perstringere. Summatim exprimere.

C.

Vno faſce complecti : Tribus verbis. Incitatis paſſibus.
Vt multa in pauca conferam. Laconicâ vſus breuiloquentiâ.
Verborum parcimoniâ cætera quàm pauciſſimis abſoluam.
Criſpum ſanè agmen orationis,rotundumque. Aphoriſmos loqui.
In vnum quaſi manipulum contrahemus. Prolixitatem fugit.
Quare, his quaſi corporis ſtrumis exectis. Moræ omnis impatiens
Compendia longis anfractibus anteponenda ducens,non opperior.
Dicta hæc pro affectatæ breuitatis neceſſitate ſufficiant.
Breuiter & cum Homero ἐπιτροχάδην. Verbo expedire.
Ne in re tam tritâ & vulgatâ multus aut inſolens ſim.
Loquere, paucis, non longos logos. Compendi facere.
Rerum ſummas tantùm perſequi. Rerum ſumma ſequi faſtigia.

C.

to Care. Cares.

HAbenda eſt ratio valetudinis. Iniuit rationem commodiſſimam.
Emergunt nouæ anxietates. Curæ habui hanc curam.
Ideo immenſa præter cætera ſubit mihi cura,vt.

Curarum mole fluctibus,æſtu ; inuolui, grauari,obrui, confici.
Cura coquit ſub pectore fixa.

to be Careleſſe.

Securi otioſique in vtranque dormiunt aurem. Dormitare.
Oscitantes ac ſupini cuticulam curant,genio indulgentes.
Suſque deque ferre : habere. Perinde ac ſub mandragora ſtertis.
In ſinu manum habere ; ſub pallio. Sedere compreſſis manibus.
Quis tam diſſoluto eſt animo ? Nemo tam audacis negligentiæ.
Negligentiæ ſomnum cum Epimenide indormire.
Αἶγ' εἰς βιβρώσκει. Ferina comeſa oſcitationes creat.
Lethæo rore ſoporatus. Veterno.
Diuina atque humana promiſcua,nihil penſi neque moderati habere.
Quid? credebas dormienti tibi in ſinum de cœlo deuolaturã victoriã?
Te quid ſupinat?

to Challenge.

C.

to Challenge.

In certamen literarum : In arenam prouocare.

Primas sibi meritò.

Childhood.

Teneri anni : vnguiculi. Prima ætatis aurora: manè.
Ipsum vitæ limen : Exordium : Vestibulum. Ab ineunte ætate.
Ipse primus vagitus. Incunabula. Crepundia. Ego à pueris.
Pueri ab ouo vix dum emersi. Caput vix exerentes,
Panni & cunæ huius tenellæ ætatis. Quiritatus.
Vt simul cum lacte nutricis miserias suxisse videamur.
A primis suæ nutricis amplexibus.

to Commit or commend a Charge.

Demandauit, Delegauit mihi hanc prouinciam : hanc Spartam.
Me huic negotio delegauit. Legauit mihi hoc negotium.
Destinauit, Detulit mihi huius rei conficiendæ curam.

to Commend.

Album calculum addere. Cretâ notare. Bona dicere omnia.
Admirabilia de eo prædicant. Suffragium meum demerebere.
Omnium sententijs, studijs, calculis approbatur : applauditur.
Risu & osculo excipere. Vno, pleno ore laudare. Laus sonantior.
Tibi lauream insignem defert. Suas lauros hederasque habent.
Omne tulit punctum. Nunquam satis laudata. Non pœnitenda.
Nullæ literæ satis dignis laudibus prosequuntur.
Hoc illi habent vt cerebrum Iouis. Huic consilio palmam do.
Adoreâ aliquem afficere. Parit laudem & lauream.
Circtuti vndique omnium laudum conuasatis acclamationibus ad astra portant.
Cuius, præter formam, nihil vnquam bonus laudauit.

to Condemne.

Nigro lapillo, vngue, carbone notare. Calculó mordere.

Transuerso calamo signum apponere. Sententijs opprimere.
Præsentia omnibus diris deuouent. Negligentiæ nomine condemn.
Tristem apponere literam. Nigrum præfigere Theta.
Reum, sontem pronunciare.

to Confesse.

Vel inuitissimi cogemur agnoscere. Ingenuè fateor: verecundè.
Inscitiam suam liberè & ingenuè recognoscit. Ingenuè agam.

to Consider or Thinke with himselfe.

Ad consilij calculos reuocare. Omnia accuratè perpendere.
Omnes actiones ad perfectam prudentiæ normam exigere.
Auerterent ab ira parumper animos ad cognitionem cogitationemq;.
Intentis oculis intueri. Excutite, Excutite intelligentias vestras.
Si omnem ætatem ab orbe condito animis recolamus. Animis obite.
Subductis diligenter rationibus omnibus, summam feci cogitationum mearum.
Si considerare animo cum tuo adhibitâ in consilium ratione volueris.
In animi penetralibus vos interim vobiscum perpendite.
Iam senatum conuocabo in corde consiliarium.
Multa cum animo suo voluebat, reputabat. Animo agitabat.
Exigebam ipse ab animo meo. Nec leui curâ solicitus, sed oppido suspensus animi mecum ipse exercitiùs cogitabam.
Monerem circumferres oculos ac diu pensitares quem potissimum eligeres.
Hæc apud me postquam vltro citroque egissem.
Altiùs commentari; ruminare. Diu multùmque animo euoluere.
Huc animum aduerte, in eoque cogitationes omnes altiùs defige.
Intra se tantum est, quantum alij extra se. Id rectâ reputauit viâ.
Quin igitur tandem expergiscimini ac vos cogitatis apud Cl. Max. dicere?
Illud sis vide, quemadmodum astitit seuerâ fronte curas cogitans, pectus digitis pultat, cor credo euocaturus est foras.

to Consume. vide Waste.

to Continue.

Nulla æui diuturnitas obliterabit. Durissimo marmori inscripta.

Par erit amoris ac vitæ modus.
Ita amor hic inter nos perennet.

Contrary.

E diametro pugnant. Ex lineâ anticâ.

to Correct.

Ad limam reuocare. Fœtum lambere. Ruminare. Recoquere.
Incudi reddere. Calculum reducere. Vitia diligentiâ compensare.
Si curâ temperasset & limâ. In spongiam incubuit *August.de Aiace.*
Censorium supercilium aduersus fraternam charitatem distringere.
Emaculata. Vt probi scriptoris manes Februum à me sentiant.

to Corrupt, vide Pollute.

Couetous.

Ad rem nimis attentus, aliquanto auidior. Sui nimium tenax.
Pecunijs, deo Lucrio inhiare ; vacare. Animus auaritiâ æger.
Insatiatâ, inexplebili diuitiarum siti, desiderio flagrare, ardere.
Pumex non æquè aridus est atque hic est senex.
Defraudat animum geniumque suum.
Vsque eò feruet ferturque auaritiâ.

Counsell.

Amicos in consilium adhibebo. Cum ijs consilium inibo.
Centuriata habet capitis mei comitia.
Senatum consilij in cor conuoco. Capita, consilia conferre, cōmiscere.
Ne quod callidius ineant consilium.

Idne estis autores mihi, vt faciam ? Non me impulsore fecit.

Custome.

Est hoc in more positum institutoque maiorum. Moris est.
Solens more meo fecero. Antiquum hoc obtines tuum, tardus vt sis.
Consuetudo diuturna obduxit callum stomacho.

D.

to Cut off, or decide.

Alicui orationis filum incidere : Curriculum amputare.
Cursum orationi intercidere. Vltra differere ei interdixit.
Litem ancipitem difficilemque dirimere; æstimare, decernere.
Rem quæ in controuersiam cadit, aut vocatur, dijudicare.
Disceptare. Dijudicare causam.

D.

Darkened, vide Blinded.

Piceâ obductus caligine. Velo coopertus. In tenebris latet.
Crassis obscuratus nebulis. Cœcis occultatus tenebris.
In summis inscitiæ vmbraculis versatus. Tenebris offusus.
Qui, tanquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris. Aciem fugit.
Verborum & argutiarum fuliginem ob oculos audientium iácere.

Danger.

In dubio. Summo est in timore : extremo in discrimine.
Admodum tenui filo suspensa Reip. salus ex sociorum fide pendebat.
In breuia & scopulos offendit. *Periculosæ plenum opus aleæ.*
Periculum non mediocre erit, ne vt plerique alij, tu quoque in illis dialecticæ Mæandris tanquam apud Sirenios scopulos consenescas.
Perniciosissima flamma & commune incendium.
Incedere per ignes suppositos cineri doloso. Abydum nauigare.
Sub omni lapide latet scorpius.
Tanti fuit prope in discrimen venisse vitæ.
Periculum, discrimen subire. Nostra causa in neruum potius ibit.
Non hercle ex istâ nassâ escam petam.
Hæc res apud summum puteum geritur. In eodem luto hæsitas.
Telis hostium, dimicationi capitis, & morti se subiecit.
Vt apertè iugula sua pro meo capite Clodio ostentarint.
Omnes suas fortunas in extremo sitas. Res ad triarios redijt.
Anceps hic & lubricus locus est, etiam quũ illi necessitas lenocinatur.

in Debt.

in Debt.

In ære alieno esse. Æs alienum sibi conflare, contrahere.
Debitorum mole prægrauari : obstringi ; obrui ; opprimi.
Ego in ære vestro ipse ero, si imago erit.i. statua ærea.
Irremunerabili quippe beneficio pigneratus.

Deceiue.

Ni spe fallar. A scopo aberrare. Neque ea res me falsum habuit.
Dolo malo fallere. Verba dare alicui. Circumuenire. Si benè noui.
Imposturam, fucum facere alicui. Cuniculis oppugnare. Inescare.
In fraudem allicere. Quæ hæc tam crassa hallucinatio ?
Sæpè me hæc spes frustrata est. Præstringit oculos.
Incerta pro certis habere. Falsa pro veris.
Esse, haud facilè mihi imponat Lycæum.
Per disputationis tendiculas & aucupia verborum.
Quære alium quem tu habeas frustratui.
Et longè huius animi frustra es, si eum ex fortunæ indulgentiâ, non ex Philosophiæ censurâ metiris.
Literis illis pellicibus & pellacibus mandauerunt.
Vt omnes aculei iudicij mei aurium delinimentis refringantur.
Fallaciam in aliquem intendere.
Tragulam in te inijcere adornat, nescio quam fabricam facit.
Fallere præstigijs ; sutelis ; consutis, consarcinatis dolis, technis.
Hodie hunc si dolum dolamus. Ei nos facetis fabricis & doctis dolis glaucomam ob oculos obijciemus, eumque ita faciemus vt quod viderit, non viderit.
Subleuit illi os. Si tibi illic non os oblitum est fuligine.
Tace, dum in regionem astutiarum mearum te induco, vt scias iuxta mecum mea consilia. Me laruâ ludificatus est veterator.
Sic me auro esse emunctum ?

Caue fidem fluxam geras.

to Deck or trim. vide Set Forth.

Linguarum cognitione limare. Politius, vberiusque dotare :
Ornare. Concinnare. Lustrare. Illustrare. Illustriorem reddere. Leui dolabrâ expolire. Perpolire. Venustare.

Ingenij

Ingenij luce illustrare. Ad vnguem elimare.
Accuratiore limâ. Politum, tersum, limatulum. Mangonizare.
Ad limam & lineam tam ducta affabre, vt si quid desideres, aciem tuam desideres.

Defence. vide Safe.

Vulcanium scutum. Sub Æacidæ scuto. Aurea arma.
Agger. Murus aheneus. Insularum loco erant bonæ literæ.
Alios iniuriâ affecisse pro munimento habent.
Contra quos efficaci amuleto fuimus semper instructi.
Patrocinium suscipere. Partes tueri. Ab aliquo stare. Antistari.
Crimen à rei capite propulsare, auertere.

Defiled. vide Polluted.

to Delay.

Dies protelando, moras nectere, agitare. Rem protelare, protendere.
Omnia conferre in Martium mensem.
Acessæi lunam expectare; lunas Laconicas.

to Delight. vide Please & Glad.

to Desire earnestly.

Instare acrius: vehementer. Contentiùs vrgere. Cōtendere ab aliquo.
Excusationem non accipere, non audire. Seriò precari.
Hoc illi intimè in votis est. Quis voueat? Votis in cōmune deposcens.
Iterum atque iterum instare. Precibus infimis petere.
Nihil mihi optatius est. In summa votorum erat.
Quo melior ne voto quidem fingi poterat.
Immortalitatis amore flagrauit. Animus fœtus amore cœst.
Et tamen auidè anhelo ad fontes. Nihil antiquius habuerunt.
Quotque exoretur exorabulis. Ipsum iam mihi dari gestio.
Rei videbatur efflagitare necessitas. Non ambeo amicitias.
Deum (vt Comici verbis vtar) animitùs rogo. Nimium vellem.
Cœlitùs votis expetere. Impensè precatus sim.
Oratus sis. Pro voto omnium feceris.

Ardentibus

Ardentibus votis expoſcere. Deſiderio libertatis exarſit.
Aures alicuius precibus obtundere ; fatigare.

Deſpaire. vide paſt Hope.

to Deſpiſe. vide of no Account.

Qui nos ſibi deſpicatui habent.

to Determine. vide Purpoſe.

Difference. vide Fellowſhip.

Diuortunt mores virgini longè ac lupæ.
Homo homini quid intereſt ? Tantum abeſt, vt.
In infinitum intereſt, diſtat.

to Diſſemble.

Fronte occultare ſententiam. Frontis integumentis.
Nunquid ſimulatio fuit aut mimus? Simulatâ mente loqui.
Inuolucris ſimulationum tegi. Fronte politus. Verſipellis.
Non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum.
Cùm in animis hominum tantæ ſint latebræ, & tanti receſſus.
Aliud in lingua promptum, aliud clauſum in pectore gerebat.

Prætendere auribus.
Cum proſequentium lacrymis, ad fidem doloris.

to Doubt. vide Maniſeſt, and Danger.

Hærere in vado. Auribus lupum tenere. Vacillari.
Dum in dubio eſt animus. Anxius agebat. Titubanter.
In ancipitem cogitandi curam incidi. Victoria nutat.
Qui in lubrico pedem figit. Fluctuat. Animi pendet.
Admodum in crepero eſt. Iniecit ſcrupulum homini.
Fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas.
Exitum inuenire ; expedire, explicare conſilium non poſſum.

Merx mihi ambages: Hortensius non sum, nec Sphingem accepi.
Scrupi & Mæandri. Anfractibus ita sinuosum.

to owe much Dutie. vide Honour.

Multis me nominibus illi haud vulgariter deuinctum agnosco.
Omne officij munus illi debeo. In ære tuo sum. Obnoxius sum.
Tantum debeo quantum hominem homini fas est tribuere.
Eius voluntati vniuersam industriam omnesque spiritus deuouit.
Cui omni officio venerabiliter assurgo. Quem suspicio, admiror, adoro.
Obsequio & obseruantiâ in regem cum omnibus certauit.
Me vadatum amore vinctumq; tenes. Tuumq; mancipium irremunerabili beneficio sic tibi perpetuò pignera & perfice, &c.
Officij duxit.

to Dye.

Fato fungi. E viuis, è medio excedere. E vita cedere; euolare.
Supremum efflare spiritum: Exhalare. Vitam fato reddere.
Vitam cum morte commutare. Mortem oppetere. Diem obire.
Animam effundere, efflare, expirare, agere.
Nisi immatura morte præreptus fuisset.
Albo mortalium expunctus. Diuorum turmalibus adscriptus.
Honor principi non ante habetur quàm agere inter homines desierit.
Ne mors huius compagis & fabricæ amicitiam dissuat, dissoluat.
Et quasi non pars mundi, sic è statione mundi placidè exit.
Regiones colere mauellem Acheruntica s.
Qui nunc abierunt hinc in communem locum. Ad plures.

E.

to make Easie.

VT nostris expeditior via sterneretur. Aperire fores; Fenestram, Aperire viam. Scindere glaciem. Repagula amouere.
Date facultatem pariundi.

E.

Easily.

Nullo negotio. Citra puluerem & sudorem.
Ἀνανταγώνιστος καὶ ἀκονιτὶ κρατεῖν. Molli quodam, Leui brachio.
Minori mihi molestiæ esset. In promptu, procliui, facili.
Nulla intersepta difficultate, facilis atque explicata est responsio.
Tam hoc tibi in procliui est, quàm imber, quando pluit.

Eloquent.

Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio. Nestorea facundia.
Romanæ pariter atque Atticæ linguæ succo & sanguine referta.
Rhetorum flosculis exornata. Tam mellea, tam vinea.
Attica musa. Hymettica mella. Scriptum bellius non vidi.
Lepore & linguæ volubilitate politissimus, vir fandi dulcissimus.
Suspensa aure bibit audientes. Mercurij, vel Herculis Ogmij catena.
Retexere tenui filo. Stylo subtiliori. Non magis Musæum.
Cum quadam Venere dictum. Omnes Charites, Musæ, Veneres.
Exhausta eloquentiæ fontis vena facillimè inarescit, nisi quotidianâ legendi dicendique exercitatione refercias.
Linguæ orationisque comendæ gratia. Decima illa musa Plautus.
Affectatus ille verborum apparatus, circumspectaque mangonizatio.
Accurata verborum lautities, & plerunque repetita speculi castigatio.
Facundissimo sermone, qui ore eius quasi è beato quodam eloquentiæ fonte manabat. γλυκεῖα σειρὴν τῶν λόγων.
Mirare in re tantula acumen diuum, Dædaleos flexus.
Florens ex eloquentiæ myrothecijs. Demosthenis requirit cothurnos.
Eloquentiæ musculos exprimere ad motum.
Oratio stellulis artis illuminata.
Exquisitissimis quibusque artis ingenijque perlita luminibus.
Qui quodam styli fulmine intonant grandius.
Qui solus diuina & assequi animo & eloqui posset ingenio.
Quis fons, quis torrens, quod mare tot fluctibus, quot hic verbis abundat?

to come towards an End.

Cùm sol vitæ nostræ versus occasum voluere cœperit.
Quibus extrema vel suprema artificis manus accessit.

E.

to End. vide Cut off.

Colophonem addere. Ad vmbilicum ducere. lineam adhibere.
Donec ista tam grata oratio expectatum finem pertigerit.
Supremam manum adiungere. Extremum actum addere. Absoluere.
Ad metam vsque perducere. Coronidem, summum fastigium imponere.
Ad exitum destinatum perducere. Orationis vela contrahere.
Sed manum de tabula. Modum constituere. Conficere.
Exædificare opus institutum.

to Endeuour. vide take Paines.

Enmity. vide Hate.

Inimicitias agere. Simultates suscipere cum aliquo; conflare.
Animo gladiatorio ad me affectat viam. Infestè mihi aduersatur.
Ex professo hostes.

to Enrich himselfe. vide Rich & Couetous.

Fortunas suas amplificare studuit. Opes, copias, facultates, rem familiarem augere, multis accessionibus ornare.
Suæ vtilitati & emolimento studere, inseruire, consulere.

to Erre.

Tota errare via: Cœlo. A ianua. Angiporto toto deerrauit.
Vnde hæc tam crassa hallucinatio? A veritate præceps.
Ab omni virtutis tramite exorbitans. A recto rationis tramite.
Si quis tantulum de recta regione deflexerit. Extra callem esse.
Extra oleas (quod aiunt) vagandi licentiam præfidentiùs sumere.
In errorum varios anfractus abduci.
Non transuersum vnguem, vel digitum, discessit à recto.

Decidere archetypo.

to Escape. vide Auoid.

Ex scrupulosis quibusdam cotibus enauigauit.

Omnes

Omnes laqueos effugere.
Si ex his laqueis te exueris & explicâris, in illas maiores plagas incidendum est. Triumpho, si liceat mihi latere tecto abscedere.
Quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos præteruecta videtur oratio mea.

to Excell, & Excellent.

Qui oratores, homines deos huc abiecerunt propè deos.
Dignum quod in arce collocaretur tanquam illa Minerua Phidiæ.
Philosophus non vltimi commatis. Non infimi subsellij.
Flos principum. ἰσόθεος φώς. Albis equis præcedere.
Lauris & lemniscis digni. Ad summum dignitatis fastigium euectus.
Eminere inter alios. Primas ferre, obtinere.
Longo interuallo, multis gradibus, plurimis parasangis præire, præcurrere, superare.
Qui simulac pedem limine extulisset, facilè omnes virtute prouocauit, superauit.
Tam præcipua, tam præclara nec exprimi ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuriâ poterat.

F.

to make Famous.

NOminis sui gloriosam memoriam & celebritatem propagare. Memoriam sui immortalem efficere, ad pristinum splendorem reducere. Omni virtutis prædicatione & celebritate decorare.
Amplificare gloriam studui. Suos reponet in cælitum album.
Crebris alicuius virtutes vsurpare sermonibus.
Illustrare aggressus sum isto nouo sole. Ingenij luce illustrare.
Decus alicuius largiùs ac latiùs diffundere per orbem terrarum.
In omnem æternitatem propagare. Prædicare.
Eius celebritatem ab inuidia obliuionis vindicare.
Ab iniuria mortalitatis & obliuionis situ asserere.
Vt laudem iam senescentem ab obliuione hominum & silentio vindicem.
Vti per omnes prouincias eat, totoq; abhinc orbe, totoque abhinc tẽpore, laudes benefacti tui vbiq; gentiũ semper annorũ repræsentet.
Illa actio aures hominum, famæ ianuas patefecit.
Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est.

P. B. 34 to be

F.

to be Famous.

Efflorescere, Nitorem assequi, Famæ celebritate clarescere.
Quanta vix cœlo capi possit. Extra aleam inuidiæ positus.
Quarum gradibus cœlum ipsum gloria Romani nominis ascendit.
Tanquam sidus quoddam inter hos eluxit, emicuit. Enitescere.
De quo magna statim fama percrebuit. Nomen augustum. Conclamatissimus.
Quo sol nihil vnquam clarius aut excellentius vidit.
Quo nullum theatrum augustius. Neutiquam vulgatæ laudis.
Laudis & gloriæ titulum hæreditarium posteris reliquit.
Quo omnis laus est inferior. Omni laude maior, & præconio.
Magna Isæum fama præcesserat: maior inuentus est.
Ita demum ad fastigatissimi honoris arcem euectus sibi videbitur.
Consummatissimus vir, cunctarumque virtutum conscientiâ & famâ iuxta beatus.
In hunc omnium oculi sunt conuersi. Adprobus.
Quod nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumen ciuitatis.
Neque vlla vnquam ætas de tuis laudibus conticescet.
Non vlla sicut trophæis & monimentis tuis finem allatura sit ætas.
Tuas laudes nulla vnquam obscuratura est obliuio. Nulla vetustas obruet.
Non postremæ, non infimæ notæ viri. Imperij nostri lumina.
Per omne æui tempus plenis gloriæ velis feretur.
Omnium gentium linguis & literis prædicabitur.
Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.
Viros ad inuidiam præclaros. Canescet seclis innumerabilibus.
Eorum nomina tenacius posteritatis memoria apprehendit.
Tandiu hæc illi laurea nunquam exarescet.
Vt virtuti tuæ non comitetur immortalitatis gloria, sed præcurrat.
Cuius memoriam posteritas alet, æternitas intuebitur.
Vestigia non pressa leuiter ad exigui temporis prædicationem, sed altiùs fixa ad memoriam illius sempiternam.

to finde Fault.

Coarguere. Verbis castigare. Vitio vertere alicui.
Quærere in verbi vnius aut alterius latebrâ calumniæ ansam.
Criticis lectorum vnguibus & lituris vapulant. Calumniam struere.
Vnguibus & graphijs expunguntur seuerissimis.
Delefiles Censorum spongias non effugere. Perstringere.
Syllabarum aucupes, qui rei æquitatem verbi laqueo capiunt.

Aucupia

F.

Aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocare.
Latinitatis tanquam maiestatis violatæ notas inurunt.
Sequius interpretatus aliquis malignè criminabitur.
Isthæc in me cudetur faba. Patruæ verbera linguæ.

to Fauour.

Faueo Curioni, Cæsari honestissimè cupio, pro Pompeio emori possũ.
Quem suâ causâ velle, cupere ac debere intelligebat.
Flagrat studio tui & cupiditate.
Se totum deuouet tibi. In vtilitatem tuam iurat.

Feare, Affraid.

Despondere animum. Reijcere clypeum. Tergum dare.
Fugâ sibi consulere. Totis artubus hodiè exhorrerem.
Non sum is qui fulgura ex vitro reformidem.
Quicquid increpuit extimescere. Et corde & genibus tremit.
Vmbram suam; gladium sui lateris extimescere.
Te rogo ne contrahas aut demittas animum.
Annus qui sequitur, summo est in timore. Timore torpet, riget.
Terrorem, metum incutere, inijcere, inferre.
Epistola illa mihi concenturiat metum in corde.
Denunciatione periculi perterrefacere.

it hath no Fellowship. vide Difference.

Est absonum. Abhorret. Alienum est: Dissitum.
Voluptas rationi inimica nullum habet cum virtute commercium.
Nihil habet cum virtute coniunctum: nihil commune.

to Flatter.

Nisi mihi ipse blandiar. Ni cæco amore tenear.
Ni inani efferar studio. Ni studio magis quàm iudicio placeant.
Si non proprijs indulgeam vitijs.
Ni in proprijs æstimandis cæcutiam atque halluciner.
Neque hoc auribus tuis me dare existimes velim.
Procul blanditiæ: pessimum veri affectus venenum.
Supina & natantia verba. Palpum obtrudere.
Vereor ne ficta ad aures & ad gratiæ aucupium artificiosè instructa.

Rosas loqui. Sermonem papauere & sesamo condire.
Ad voluntatem non ad veritatem loqui.
Oleum in auriculas instillare. Permulcere aures verbis coquinarijs.

to Fly. vide Auoid.

to Follow or imitate.

Alicuius vestigia feliciter persequi. Insistere vestigijs.
Eius elegantiæ perdiligens inuestigator. *Iurare in verba magistri.*
Peragrauit aliorum labores. Alterius delibare fontes.
Ab eius vestigijs transuersum vix digitum discessit.
Hos flores ex Ci: agris decerpsit. Ex eorum fontibus hausit.
Fontibus aliorum suos hortos irrigauit.
Per vestigia ista serpere, etsi longo interuallo.
Hunc tanquam Coryphæum secuti sunt.
Exemplaria vitæ suæ sibi primos homines proposuit.

Orationem Tullij exceperunt preces multitudinis. **Followed.**

Force. vide violence.

to Forget. vide put in Minde.

Obliuione obruere : delere ; sepelire.
Proprij nominis obliuisci. Ni memini malè. Mihi excidit.
Obliuionis (vt ait Themistocles) artem ediscere.
Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio: Obruet. Quasi gustatâ Loto. Epotâ Lethe. Veternum.
Abolere flagitij memoriam nouâ gloriâ.
λαγὼς βέβρωκας, *Ferina comesa obliuionem parit.*

Fœcundi cursus scripta intra primas memoriæ metas corruunt,
Alienatis à memoria periculi animis.

to Forgiue. vide Pardon.

to haue Friendship.

Inire, coire, contrahere, conciliare, conflare amicitiam cum aliquo.

Consuetu-

Consuetudinem atque commercium habere cum. Iui in amorẽ illius.
Cum M. Fabio summus est mihi vsus: Domesticus vsus & consuetudo.
Maximum mihi cum eo est vinculum quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis.
Ipsi amare inuicem, qui est flagrantissimus amor, adolescentuli cœpimus, mansit is postea, nec refrixit iudicio sed inualuit.
Quocum mihi antea magna intercessit familiaritas.
Quo familiarissimè vtor. Cum altero magnus mihi vsus.
In meis intimis maximéque necessarijs scias esse.
Qui per multos annos amicitiam beneuolentiamque inter se sanctissimè coluerunt. Amore indissolubili connexi.
Omnia mihi cum eo intercedunt iura summæ necessitudinis.
Arctissimo necessitudinis vinculo coniuncti.

Full. vide Abound.

to be made Friends againe, or reconciled.

Simultates mutuas deponere.
Bonâ fide in gratiam redire, reduci, restitui.

G.

Glad. vide Please.

INcredibili quadam lætitiâ perfundere. Cumulum gaudij attulerunt.
Vberiore lætitiâ animum opplere. Atque id seriò triumpho.
Superat mihi atque abundat pectus lætitiâ. Ripas exuperat.
Impendio magis animus gaudebat mihi. Lubens meritoque vitulor.

to Gouerne. vide Rule.

to Grieue.

Angere ac solicitum habere. Morte tristius ratus.
Anxium reddere. Qui pertinaciter vrget, Angit, Vrit.
Sed nos iactamur, nec Æolo etiam vos, vt video, litastis.

Intimis anguntur sensibus. Nihil in reliqua vita tuli ægrius.
Ægris oculis introspicere. Sunt quibus sudes est in oculis.
Vin' hodiè facere quod viro tuo oculi doleant ?
Si quid aures perstringit. Hoc vrit, hoc secat. Malè habet virum.
An dolebam? frendebam, idque extra lineam tam longè, &c.
Dolueram ? verè dolueram. Lancinant ac laniant.
Excrucior, malè mihi est; malè maceror; doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. A morbo valui, ab animo æger fui.
Dolor altius in visceribus insidens; In venis infixus; penitus medullis inhærens.
Mihi cordolium est. Vomica, Carcinoma.

a Guide.

Theseium filum. Qui ducant, qui doceant.
O fulgidam Cynosuram, ad quam dum vitæ clauum dirigis, appulisti in portum & gloriæ quæ vana, & felicitatis quæ vera.

H.

at Hand.

Pro, vel, In limine & foribus esse. Ante pedes esse. Instare. Vt non procul abhorreat. Vt parum absit. Vt coincidat cum.
Adstare. Cuius ianuam penè iam ambo pulsamus.
Ad manum. In promptu. Quod amat, in mundo est.
Tam propè ab exule fuit, quàm postea à principe.

Happy. vide good Lucke.

Fortunæ albæ pullus. Gallinæ albæ filius.
Naturæ aureoli filij. Qui in delicijs fortunæ viuit.
Cui iucundissimè ludit benignior fortuna, & vtramque præbet lactandam mammam. Secundissimo fortunæ flatu vehi.
Fulsere nobis nostri soles. Felicissimum, optet tamen feliciorem.
Vt nihil felicitati meæ desit nisi moderatio eius.

Hard. vide Doubt.

In qua eruditissimis sæpè viris aqua hæret. Delio natatore opus.

Quæ (vt ait Plautus) nisi Sibylla legerit, interpretari posse neminem puto. Aranearum telæ. Nodus Gordius. Illud confragosum.
Inuoluolum imitatur, quæ in pampini folio intorta implicat se.
Clauam citiùs extorquebis Herculi.

Haste. vide Speed.

to Hate.

Hostili, capitali, Vatiniano, ieiuno, agresti, nouercali odio prosequi.
Exercere odia, simultates cum aliquo.
Cane peius & angue odisse.
Magnam illi inuidiam conflauerant.

Health.

Quam imbecilli fuit, Quam tenui aut nulla potius valetudine?
Grauiter febri laborat. Valuistin' vsque? P. sustentaui strenuè.
Corporis sanitatem tueri sedulò. Valetudinis rationem habere.

to Heare.

Quis vnquam fando audiuit? accepit?
Auditione accipere. Ad aures nostras percrebuit.
Nectar illud sermonum haurirem auida aure.
Aures eleganter teretes.

to Hearken.

Hoc age, aurem mihi præbe. Arrige aures.
Vt ab illo peterem auris copiam. Accõmodare aures vacuas purgatas.
Auscultate, atque operam date, & mea dicta deuorate.
Adestote omnes animis qui adestis corporibus.
Exurge præco, fac populo audientiam.
Vigilare, cogitare, adesse animo. Aurium operam tibi dico.

to Helpe.

Nemine manum adiutricem porrigente. Tradunt mutuas operas.
Inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus tempestatis impetus eruperat. Pæonijs rationis remedijs sanare: Leuare.

Date operam amicabilem ; adiutabilem. Suppetias ferte.
Laborantibus succurrat,,ægris medeatur,afflictos excitet.
Clade oppressos subleuare. Miseriâ grauatis subuenire.
Adesse. Præsto esse.

to Hide.

In latebras absconde pectoris penitissimi.
Et velut velamine nuptus literarum.

to Hinder.

Per me non stabit quo minùs. Quid obstat, quo minùs,&c.
Etiamsi nostra iudicia malignitas & inuidia tardauerit.
Premit fauces defensionis tuæ. Commodis meis illud officit.
Quas omnes artes auaritia præpediebat: A vero bonoque impediebat.
Disciplinæ seuerioris stringendum hoc procliuis vitij curriculum.
Prærupto obice lassare. Sufflaminari. Remorari.

Honest.

Ab omni fæce terrenâ igne quasi diuino excoctus.
Genuinâ probitate vir. Vita planè temperans audiebat.
Nihil suo genio melius,nihil suauius. Limatæ probitatis amicus.
Elecumatæ integritatis & religionis vir.

to Honour. vide Duty, & Famous.

Me habere honorem eius ingenio decet. Illi honorem ire habitum.
Quem sublimitas honoris inclinat, non sublimat. Summatem gloriam retulerunt.
Multis adoreis cumulandi,vt benè de Rep. meriti.
Ad amplissimum dignitatis fastigium subuectus.
Sed & ampliora & humano fastigio sibi decerni passus est.

Hope.

Non sine summâ spe & expectatione. In spem veni.
Iuuenes summæ indolis ad spem, summæ spei ad frugem.
Expectati ad amplissimam dignitatem viri. Spe lactare.
Si affulserit spes lucri. Quantâ in spe eram.

Sed

Sed nihil ab Eloquentia metuant: quam ego, si quid omnino promoui, potius spero quàm præsto. Iacentes ad melioris sortis spē erigere.
Malo in aliorum spe relinquere, quàm in oratione meâ ponere.
Magni potius fructus spe, quàm magnæ spei fructu.

past Hope.

Spe deploratâ confici: spei neruo inciso. Ex altâ spe decidere.
Ab omni spe derelinqui, destitui. Spem deponere.
Nullâ, vel imbecilli spe niti. Iacet, diffidit, abiecit hastas.
In neruum: Ad laqueum; ad restim res redijt.
Est mihi illic vna spes cœnatica: si ea decollabit, huc redibo.

I.

Idle. vide Carelesse.

QVi sibi nihil agenti de cœlo deuolaturam in sinū victoriā credat.
Cōpressis (quod aiunt) manibus sedere. Inerti ocio contabescere.
Homo licentis ocij; supini ocij. Pingues ferias agere.

Iest.

Lepos. Sal. Facetiæ. Res festiua. Ludicrum.
Qui mihi inter patinas exhibet argutias.

Ignorant.

Quasi alto ignorationis somno consopitus.
Nullis literarum remis instructus.
Hospes sit in rebus quæ historiâ & antiquitate continentur, qui non cognoscit.

to Inlighten. vide Darkened, & Decke.

A tenebricosissimâ superstitione in verum euangelij lumen ac spiritum vindicare.
Breui illas oras illustrabit melior hic Phœbus.

Funius

Fumus iste mihi acer in oculis, quem rationis radio tolle.
Beare & insigni luce perfundere.

to Iudge.

Æquâ lance librare. Trutinare. Pensiculare.
Æquâ trutina, vel Statera ponderare. Iudicia solidè tersa:
Iudicij hunc calculum sibi sumit quilibet è literaria plebe.
Aliorum sit iudicium. In quo quid præstiterim non his literis exprimere, sed in studiosorum opinione relinquere statui.
Quæso ipse de eo iudices examine pensiore.
Pecuniæ an famæ minùs parceret, haud facilè discerneres.

K.

to Kill.

E Medio tollere. Luce; vitâ priuare.
Consciscere sibi mortem, Afferre sibi manum.

I Know.

Sat scio. Non me fugit, latet, fallit, præterit. Non sum nescius.
Conscius mihi sum. Nec te clam est.

to Know perfectly.

Memoriter tanquam digitos, nomen, vngues tenere.
Exploratum, manifestum, compertum habere, pro certo.
Oculatus & auritus testis cognoui.
Intus & in cute noui. Ego illius sensum pulchrè calleo.
Hoc nemo ignorauit, & priusquam Theognis nasceretur.
Quis lippus, quis tonsor non nouit?
Neque primam tantùm cutem ac sententiarum speciem: sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum eius eruere atque introspicere se penitus, prædicabat.

Cuius generis minùs trita est notitia.

L.

to Labour. vide Paines.

to Lament. vide Mourne.

at Large. vide Matter & Price.

of Late.

NOn ita pridem. Recentis memoriæ.
Non multò prius.

to Laugh.

Risu diffluere. Præ risu omnes qui aderant, emori.
Lateribus omnes ridendo doluerunt. Albis dentibus ridere.
O Crasse, ô Heraclite ridete. *Aut dormitabo aut ridebo.*
In quibusdam vix risum, in alijs vix somnum tenere possum.
Ille renidens.

a desirer of Learning, or Student.

Bonarum literarum candidatus. Literarum & disciplinæ alumnus.
Prouehendi studiorũ desiderio flagrauit. Musarũ sacris operabuntur.
Græcas literas sic auidè arripuit, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Iuuenes in ipsa studiorum incude positi.

meanly Learned.

Vix mediocriter instructus. Vix literis tinctus.
Melioribus literis leuiter imbutus. Vix à limine salutauit.
Literarum vestibulum vix dum ingressus.
Qui eruditum hunc puluerem nunquam attigerunt.
Qui elementis studiorum si non instructus ac certè imbutus.
Qui hæc primoribus, summis labijs degustauit, delibauit: extremis digitis attigit: per transennam inspexit: per caliginem.

Learned.

Omni literarum genere excultissimus. Instructissimus.

Homo

L.

Homo ad literas natus. Effictus. Formatus. Eruditæ animæ.
Literarum vſque ad miraculum excellentiâ nobilis.
Cuius eminentiſſimi ingenij acies extra aleam poſita eſt.
Sol ille cœleſtis doctrinæ. Verus & vetus Muſarum myſta.
Virtutis doctrinæque germani antiſtites. Homo impensè doctus?
Triuiſti? concoxiſti ſuccum illum philoſophorum, qui rationes ſuas ad tenue eliminant. Politioris literaturæ cincinni.
Penitioris eruditionis, & literaturæ non inſcius. Sal & Sol.
Reconditioris Philoſophiæ. Selectioris doctrinæ. Sacræ eruditionis.
Ad cuius myſteria quibuſdam occultæ ſcientiæ inuolucris tecta.
Muſarum ſacris operati.

at Leaſure.

Quando per ocium licet. Plura ad te aliquid ocij nactus.
Succiſiuis temporibus iſta curamus: ne quid veſtris putes ceſſatum horis. Feriatâ manu.

Letters.

Nihil literarum, nihil rei literariæ.

to ſet at Liberty.

Emancipare. Manu mittere.
In libertatem vindicare: aſſerere. Pileo donare. Rude donare.
Seruis ad pileum vocatis. Effractis inferorum mortiſque repagulis.
Iam nunc vindicijs ſecundum libertatem datis vtor.
Ex flamma atque ferro ac penè ex faucibus fati eripere, conſeruare ac reſtituere,
Cùm ſe planè corporis vinculis relaxauerint.
Baſilicè Eleutheria agito.

Life, & liue.

In hoc vitæ Oceano. In hac vitæ ſcenâ. Communi hac luce frui.
Cur ijs lucis vſuram tam diuturnam dediſti? Spiritum ducere.
Amarum lucis vſum experti. Vitæ filum.
In quibus cardo huius vitæ vertitur. In hac lutea compage, vel vltra Tithonios annos viuere. In corporis ergaſtulis detineri.
Is demum viuere & frui animâ videtur.

Vitam

L.

Vitam silentio transire. Musicè herclè agitis ætatem.
Angustijs harum regionum cingi. In terris morari.
Ecquid videretur mimum vitæ commodè transegisse.
Reliqua vitæ curricula adusque terminos vltimi spiritus vadata.

to bring to Light, or publish.

In medium, in vulgus, in apricum ferre, Euentilare.
Emisit & produxit in lucem, Edidit.
Quos dies detexit. In solem & puluerem producere.
Ex antiquitatis vmbris, tenebris, ruderibus, in solem & splendorem proferre, vindicare.
Doctrinam ex vmbraculis eruditorum ocioque non modò in solem & puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit.

Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & in manus hominum peruenit.

Like.

Quadam sanguinis cognatione coniunctæ, ab ijsdemque ferè natalibus ortæ.

to Loue.

In sinu atque delicijs habere. Vnicè admodum amare.
Vitâ & salute antiquius habere. Est mihi, vti scis, in amoribus.
In omnium visceribus, in medullis hærebat.
Qui te plus quàm oculos amat. Ferre aliquem in oculis.

Lingring.

Cuius lentæ velut tabis senio victa est vtriusque pertinacia.

to Lose Labour.

Studium inutiliter insumere, locare. Litus arare.
Operam ludere. Oleum & operam perdere. Sisyphi saxum voluere.
Æthiopem dealbare. Laterem lauare. In Danaidum dolium infundere.

Luckily,

Luckily, with good Lucke.

Felici omine. Bonis auibus. Optimis augurijs. Ex voto cecidit.
Dextro; fausto; secundo auspicio. Ridenti genio. Ex animi sententia.
Ad aliorum summam vtilitatem, ad suam immensam laudem.
Liquido auspicio, aui sinistrâ, atque ex sententia.
Prospero fortunæ indulgentissimæ flatu; aurâ: Secundo æstu.
Blandiente; dulciter afflante; adspirante fortunæ Fauonio.
Velis Fortunæ expansis. Dextro Hercule. Amico sidere.
In rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus.
Huic conatui dexter adfuit Mercurius. Bona scæua, strenaque obuiam processit mihi.
Dij tibi patrimonium fortunent.

with ill Lucke.

Cœli siderumque inclementiâ. Malo aliquo genio. Inauspicatò.
Dijs iratis Genioque sinistro. Irato prorsus Deo auersoque.
Perij, interij, pessimus mihi hic illuxit dies. Humorum antipathiâ.
Sed sinistro pede profectum me spes compendij frustrata est.
Fortunæ meæ scæuitatem anteire non potuit. Scæua & sęua Fortuna.
Sicubi nouercantis Fortunæ Boreas insultauerit.

Mad.

ANticyrâ eget. Ellebori iugere huic op⁹ est. Quas tu vides colubras?
Mente capi. Mentis lumine obscurari. Ad insaniam me rediges.
Laruæ hanc, intemperiæ atque insaniæ agunt.
Quin tu isthanc iubes pro Deritâ circumferri. Lymphaticus.
Atra bilis agitat hominem. Oestro percitus. Cerebrosus.
Ardent oculi, vultus ipsius plenus est furoris.

Manifest, vide Plaine, Light, & Know.

[illegible] hac clarius existit, Meridiano iubari. Liquido constat.
[illegible]uem arbitror neminem esse cui dubium sit: qui ambigat.

In

In omnium oculis & ore positum. In propatulo. In foro.
In promptu res est, Res disputatione non eget, In confesso est.
Vt omnes mortales istius auaritiæ non iam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint. Extra disputationem positum. Extra controuersiā est.
Donec ad liquidum veritas explorata sit.
Vt vel Lyncei perspiciatis, vel noctuæ ad solem cæcutiatis.
Tritum & omnium scriptis sermonibusque peruagatum.
Extra omnem dubitationis aleam positum.
Ita clarum vt solis radio scriptum possit videri.
Nunc liquet, nunc defecatum est, cor mihi nunc peruium est.
Extant sceleris manifesta vestigia.
Λευκός ἐστι λόγος, ἀλλὰ καὶ τυφλῷ δῆλος.

Many, vide Abound.

Tot hominum myriades. Non vno vento.
Quot illustria capita? lumina? animæ? Varia inde, alia super alia.
Non de vnius racemis sibi vindemiam fecit.

Matter enough, vide Write at large.

Efflorescens ac redundans rerum sylua. In infinitum discurrere.
Amplissimus dicendi campus. Luculenta rei ac orationis supellex.
Illam orationis supellectilem habet, nunquam vt illi desit quod dicat.
Exprimere penum verbis luculentissimis instructam.
Illuc eum rapiam, vbi non seclusa aliqua aqua teneatur, sed vnde vniuersum flumen oritur. In immensum mare descendi.
Nec præbita est materia ingenio. Seges & materia.
Obruor exemplis, quocunque oculos, quocunque animum conuerto.

to shew a Merry countenance.

Excutere animo solicitudinem, fronte rugas.
Deme supercilio nubem. Vis tu remittere aliquid ex rugis?
Obductam, corrugatam, contractam, caperatam, nubilam frontem explica, exporrige, disperge, serena. Illi caperat frons seueritudine.
Tragicæ noctis furias muta in soccum.
Porrectiore fronte loqui.

of his Mind. vide Agree.
to set his Mind to.

Animum incumbere ; inducere ; appellere ; adiungere ; applicare ; adijcere.
Animum ad præclaras artes, optimarum laudum studia adiungere.
Acri animo & attento aliquid intueri. Aciem animi intendere.

to put in Mind.

Ignarium dare. Stimulis fodere. Fodere latus. Suggerere.
Tangere cubito aliquem. Vellere aurem : Mihi aurem peruellam.
Vbi me fugit memoria, ibi tu facito vt subuenias.
Illam pulcherrimi facti memoriam refricat.

Mourning.

Pulla & lacryma. Imber lacrymarum. Vis lacrymarum.
Squallidi, sordidati, Mœrore confecti. Vbertim flere.
Ecce consumptâ lacrymarum nube, mihi Solem fortuna reduxit.
Curâ se & lacrymis macerauit.

Pumiceos oculos habeo, non queo lacrymam exorare vt expuant vnam mihi.

N.

Naughty.

A Boni & virtutis naturâ dissiti & disiuncti. Scelere obstricti. Fœdâ scelerum, colluuie cœno, sentinâ natus. Discipulus crucis.
Qui pernoctant in alea, dies integros compotant & lasciuiunt.
Quis tam proiectus ad omne nefas. Qui cum diuina omnia atque humana iura scelere nefario polluisset. Libidinis compertæ nebulo.
Tam flagitijs coopertus. *Hic niger est*. Conscelerati ssimus latebricola.
Portentum atque monstrum esse humanâ specie & figurâ.
Omnibus vitijs vita inquinata. Officina nequitiæ. Fortis ad vitia.
Diuersorium flagitiorum omnium. Monstra narro, non homines.
Homo post homines natos turpissimus ; sacerrimus. Sacerrimũ caput.
Bipedum nequissimus. Profligatus, flagitijs perditus ; nobilitatus flagitijs.
Acheruntis pabulum, flagitij assecla, stabulum nequitiæ.

In profundissimum libidinum gurgitem præcipitatus.
In altum voluptatis plenis velis sublatus.
Luxus emblemata, nequitiæ vexilliferi.
Qui more pecudum Veneri & voluptatibus indulgent.
Immensa aliqua vorago & gurges vitiorum turpitudinumque omniũ.
O monstra hominum ex scelere & immanitate concreta.
Tam præruptâ audaciâ efferatum, tam insigni scelere tetrum, & ab omni religionis pietatisque sensu, adeoque simulatione alienum.
Tam sine pietate, sine fronte, sine mente.
Summæ impietatis numeros implent. Homulus ex fæce, imo sentinâ.
Ita omnibus erroribus deprauarunt, ac piacularibus sceleribus incubuerunt, & prope generis sui exesâ mansuetudine immanè efferarunt.

Needlesse.

Imbrem in Oceanum spargere. Lumen soli addere Cœlo stellas.
Ligna in syluam portare. Lucernam in sole accendere.

Negligent. vide Carelesse.

it waxeth Night.

Aduesperascit Cùm iam prima fax noctis & densiores esse tenebræ cœpissent.

Noble. vide Famous.

Titulis, maiorum statuis & imaginibus clarus. Domi nobilis.
Me vt ex aluo prodieram, Imperatoria statim purpura suscepit, simulque sol hominem me vidit & principem.

O.

to Obey.

MOrem alicui gerere. Auscultare. Ni tibi dicto esset audiens. Ei vos morigerari mos bonus est.

Occasion serueth.

Iam æstas adest. Fenestra aperitur : patet. Ansa præbetur : quæritur.
In igni ferrum est. *Dum virent genua.* Res postulare videtur.
Ipsa oportunitas non potuit oportuniùs aduenire; magis per tempus.
Nobis det locum loquendi.

an Old man.

Decrepitus & capularis senex. Acheruntičus. Capuli decus.
Qui alterum iam pedem in Charontis cymbâ habent.
Quibus florent amygdalæ. Quibus argenteæ canorum coronæ.
Vbi capillus versipellis fuerit.

to Ouercome.

Sub iugum mittere. Triumphum agere de. Fundere fugareque.
Victoriam, coronam, palmam ferre. Tropæum statuere, erigere.
Totum hoc anile agmen difflauerim, vt folia ventus.
Se vim ac spiritus etiam fregisse. Solo æquandæ Dictaturæ.
Prælio discessit superior. Delere.

Herbam dare, **to be ouercome.**

to Owe, vide Debt and Duty.

---

to Pay debts.

DIssoluere æs alienum. Præstare optimâ fide argentum creditum. Expedire; eximere; leuare se ære alieno.

to take Paines.

Sedulam nauare operam. Industriam deuouere omnem. Moliri.
Totis viribus neruisque intendere. Inuigilare, Insudare, Incumbere.
Nihil sibi reliqui fecit ad---Nihil intentatum relinquere.
In hoc solum studia, animos, cogitationes, vigilias omnes defigere.
Satis diu hoc iam saxum voluo. Omnem mouere lapidem.
Ingenij neruos omnes & aculeos intendere. Summo vti conamine.
Immensos & pene Herculeos labores exantlare.
Omnem operam, studium, industriam collocare, defigere, impendere.
Insomnes noctes traducere. Manibus pedibusque conniti.
Supra humani ingenij vires laborasse videtur. Summâ ope niti.
Velis remisque eò contendere. Destinare conatus. Addicere.
Assidui vno opere eandem incudem diem noctemque tundunt.
Diuturnus sapientiæ miles. Enixior opera. Nauitas.
Fuligo lucubrationum bibenda.

Ad Cleanthis lucernam euigilare. Lucernam olet.
Cunctante stylo elucubratum opus.
Qui ab ineunte æuo vnis studijs literarum ex summis viribus deditus, omnibus alijs spretis voluptatibus, ad hoc æui, haud scio anne super omnes homines, impenso labore, diuque noctuque, cum despectu & dispendio bonæ valetudinis, eam quæsissem.

to Pardon.

Veniam errori tribuere. Offensam remittere. Impunitatem delictorum dare.
Qui mihi atque animo meo nullius vnquam delicti gratiam fecerim.

Perfect.

Omnibus numeris absolutus. Consummatus. Ad vnguem factus.
Impleuit militem. Ingenij defecati, excocti, depurati.

Plainly.

Apertâ fronte. Nudè, sine velo, sine fuco, cerussâ, pigmento.
Oro te, aulæum tragicum dimoueto, & siparium scenicum complicato: & cedò verbis communibus.
Seposito lenocinio. Sine opinionum vllâ veste aut personâ.
Enucleatè. Detractâ laruâ. Remotis strophis ac fucis.
Non sinuoso hoc pectore sentio, dicóue. Latinè non accusatoriè loquor.

to make Plaine.

Enucleare. Enodare. Abstrusam subtilitatem eruere.
Hunc mihi ex animo scrupulum eijce, exime. In medium, in lucē ferre.

to Please.

Animo, auribus, expectationi respondet, conuenit, arridet.
Omni ex parte facit satis. Accedit iucundū. Libentibus animis vident.
Itaque paui inuidiam quorundam. Facit ad stomachum, ad palatum.
Sensus gaudio permulcet. Saliuam mihi mouent.
Pascere oculos, atque animum exaturare. Oculis epulas dare. Omnium oculos, amorem atque beneuolentiam allicit, non secus ac ferrum adamas.
Si iudicijs vestris placere sensero. Si volentibus vobis erit.
Sed tu, si me beare vis, & insigni luce perfundere.
Vix dici potest quàm cumulatam voluptatem persentiant.
Vberior & titillantior longè voluptas animo meo futura est.

Mihi iucundum & quasi pabulum quoddam studiorum.
Artis quadam voluptate vestras aures animosq; titillarem, delinirem.
Amœnitates omnium Venerum atque Venustatum adfert.
Qui pro cibo habeas te verberari. Volupe erit.

a Pleasure, vide good Turne.

at your owne Pleasure.

Tuo arbitrio; arbitratu. Tuis legibus viue; tuo modo & more.
Ex animi tui sententiâ. Animo tuo morem gere.
Vtcunque libitum est animo. Ex, pro lubidine.

Polluted.

Fœdissimis P:sentinę sordibus inquinata: contaminata,
Labe, contagio, olenti fæce, colluuie corrupta: infecta.
In omni vitiorum cœno volutarunt. Illotis pedibus.
Si huiusmodi maculas ab infantia contraherent.
Non cerâ, sed cœno obliti esse videamini. Pice.
Errorum vitiorumque lacunis ecclesiam contaminantes.
Cuius labem nullus vnquam Oceanus possit eluere.
Ne quid maculæ aut inhonestamenti in me admittam.
Nuditate nominum atque verborum inuerecundiâ aurium reuerentiam incestant.

Poore.

Rerum inopiâ laborare. Rebus omnibus destitui, exui.
Cum extremâ paupertate conflictari.
Fortunarum iacturam fecit. Hominum mendicabula.

to my Power.

Non solùm omnia debeo tuâ causâ quæ possum, sed ea quoque quæ non possum. Et supra vires niti, proni promptique studij est.
Pro virili meâ. Pro ingenij captu. Quantum, quantum in me est.
Quantum ingenij vis patitur. Pro virium modulo.
Si quid in me ingenij atque industriæ sit. In manu vestrâ est.
Si tamen mihi differendi tribuerit facultatem paupertas oris humani, vel ipsum numen eius dapsilem copiam eloquutilis facundiæ subministraret.
Si quantum vellem, possem quoque.
Si res ampla domi similisque affectibus esset.
Quod in nostrâ familiâ fuit præstitit. In hac qualicunque infantia.

Atque

Atque ego is qui ſum, quantuſcunque ſum. Vides quid velim, ſi magna poſſem. Lacertos meos expendo. Artus arteſque libro.
Timentes vt parum eſſent ferendę agitationi inter vndas.

to Praiſe, vide Commend.

Priſon.

Eum obtorto collo de conuiuio in vincula atque tenebras abripi iuſſit.
In cuſtodiam tradere. In vincula conijcere. In neruum abducere.
In carcerem compingere; detrudere.

to Proceed, or Profit.

Proficere, Prouehi, Promouere in bonis literis.
Macte virtute. Macti eſtote. Neque proficit hilum.

Profitable.

Salutare eſt. Ex vſu eſt. Facit ad Reip. emolimentum.
Quæ in rem tuam ſint: conducant. Cui bono fuit?
Tuâ è re feceris. Ex tuo vſu. vberrimos adfert fructus.

to Promiſe.

Sanctiſſimè recipio. Fidem, fideiuſſores dare.
Tuam mihi operam polliceri auſim. Solatium ſibi ſpondet.
Oneratos ingentibus promiſſis dimittit. Maria monteſque polliceri cœpit.
Mihi reliqua vitæ curricula, aduſque terminos attimi ſpiritus vadata.
Fidẽ religioſiſſimè verbis obligare. Hac lege tibi meã adſtringo fidẽ
Fidem adhibito ſacramento confirmare; Interpoſito iuramento deuincire: conceptis verbis. Te religione obſtrinxiſti.

to keepe or performe Promiſe.

Fidem liberare; ſoluere; firmare; cumulatè præſtare. Promiſſis ſtare.
Fidem ſanctam habere; conſtantiſſimè retinere; illibatam, inuiolatam, integram conſeruare. Tueri debitum officium.
Fac vt promiſſa appareant. Caue fidem fluxam geras.

Proſperouſly, vide good Succeſſe.

Proud.

Inſoleſcere. Neminem præ ſe ducit hominem. Indulgere ſupercilio.
Pauonis flabellum & exuuium leonis præ ſe ferre. Criſtas erigere.
Tumidiſſimum animal. Superciliosum. Cornua tollere.
Ingentes ſpiritus ſibi ſumere. Animis extolli.
Subnixis alis; anſatus ambulat. Inflato collo; tumidis ceruicibus.

Campano supercilio ac regio ſpiritu nos deſpicit.
Siquidem hercle Æacidinis minis expletus, animiſque incedit.
Se digito cœlum attingere putat.

to Publiſh, vide Bring to light.

to receiue Puniſhment.

Pœnas dare; pendere; luere; perſoluere; ſubire. Pœnis affici, mulctari.

to Purpoſe.

Statutum cum animo, deliberatumque habere.

I Purpoſe not.

Non eſt in animo. Non placet. Procul abſit. Non ſtatui.
Abhorret animus. At mihi alia mens. Non fuit conſilium.
Non in animum induxi. Non is ſum qui auſim aut etiam velim.

on ſet Purpoſe.

Datâ, Deditâ operâ. De induſtriâ. Ex profeſſo. prudens volenſque.

R.

to Raile, vide Slander.

COnuitijs lacerare. Aculeatis verbis inſequi. Inuehi in aliquem. Stomachum, biliſque omnem acerbitatem, ne dicam virus ipſum acerbitatis euomere. Nullis conuitijs, nullis maledictis parcere.
Theonino dente corrodere. Quicquid in buccam venerit euomere.
Satyras & virulenta linguarum verbera non euitabis.
Neque maledictis aduerſus impudentes & improbos velitandum.
Calami crenam ſtringere aduerſus aliquem. Strepere. Debacchari.
Qui maledicunt ſemper, quoniam benè dicere non norunt.
Ad conuitia & ſatyras natus. Verbis verberare. Maledictis velitari.
Petulantiſſimâ linguâ conſectari. Colubrini oblatratorum molares.
Se in me emiſſarium fuiſſe.

to Reckon vp.

D[illegible]ctorum catalogum pertexere. Recenſere.

to come to Reckoning or account.

Referre rationem; impenſam; diarium. Reddere rationem expenſam.

Ratiunculas subducere ; supputare.
Calculum ponere. Impensam ad calculos reuocare.
In diario vitæ fortuna vtranque paginam facit.

to Refraine, vide Abstaine.

to Refuse, vide Abstaine.

Abnuo. Aures claudo ad omnem excusationem. Reclamo. Renuo.
Quibus obuiandum non erat. Hanc sententiam repudiauit.
Ad fecem & sentinam hominum certum mihi oculos claudere, firmo & obstinato planè sensu.
Quæ secura tuæ iustitiæ recusat alios cognitores.
Iam triennium est cùm virtuti nuncium remisisti.

to Remaine, vide Abide.

Nihil aliud quàm rudera & veteris structuræ eripia supersunt.

to Remember, vide put in Minde.

Recordatione amicitiæ nostrę sic fruor. Gratissimâ memoriâ prosequi.
Non sine summâ charitate & reuerentiâ illius memoriam vsurpo.
Hærere & includi in medullis. Memoriæ infixum retinere.
Longa retro tempora animis recolite. Cùm me collegero.
Quantum memoriâ repetere præterita possum.
Planè memineris & penitâ mente conditum semper tenebis.
Vbi tuarum virtutum tibi venit in mentem.
Quod me recordantem miseratio subit.
Stabit apud me beneficij tui memoria.
Et vt hoc beneficium (quemadmodum dicitur) trabali clauo figeret.

Report.

Quædam noua afferebantur. Rumoribus dispersum est.
Dissipata ; sparsa ; peruulgata est fama.
Et tamen hæc fama valebat. In ore est omni populo.

to Requite, vide Thanke, & Reuenge.

Talionem reddam. Vices rependam : Referam. Redhostire.

to Resist.

Vos qui fremitis, calces iacitis. Refractarius. Calcitrat. Respuit.
Refragatur huic rei ingenium. Reclamare. Obstrepere. Oppedere.
Ne mihi obuertat cornua. Contra rem suam venit. Aduersatur tibi.

Tum primùm nobilitatis superbiæ obuiatum est.
Quæ inscitia est aduersum stimulum calces?

Rest. Quiet.

Animo ocioso te esse impero. Defæcato animo esse.
De isthac re, in oculum vtrumuis conquiescito.
Intermittere. Festos; ferias agere. Tu sæuis exantlatis casibus pausam pacemque tribue: Sit satis laborum, sit satis periculorum.
Potuissem desistere, ni animus inquies pasceretur opere.
Ad animi relaxationem & recreationem descendere.
Tranquillum est: Alcedonia sunt circa forum.

to Reuenge.

Talionis genuinum alicui infigere.
Fallaciâ fallaciam trudere. Amentatas hastas retorquere.
Pantheram leone remunerare; redhostire.

to Reward.

Præmio maiore videtur remunerandus, quàm humanæ naturæ angustiæ possunt tribuere. Non vincar beneficijs.

Riotous, vide Waste.

Ventri; gulæ; genio; abdomini indulget.
Dies noctesque bibere; græcari; obsonari pollucibiliter.
Tu meo periculo gurges & vorago patrimonij heluabare?
Nemo illam explere tartaream ingluuiem potest.
Diffluere luxuriâ. In Apolline cœnare.

to take Root.

Radicem agere. Pedem figere. In animæ medullis hærent.
Altis defixa radicibus in animis nostris insidet. Fibræ.

Rudely.

Rudi, crassâ, inuitâ Mineruâ. Illotis pedibus accedere.
Crasso & leuidensi filo pertextum. Illotis manibus.
Exilis in sententijs, non luculentus in verbis. Leui manu.
Accij aut Pacuuij veterno inquinatus. Lentitudinis & teporis.
Ossa & maciem. *Manus ossea Mauri*. Fæx quotidiani sermonis.
Exilis, durus, ieiunus, siccus, aridus. Plumbeus.
Παχυλῶς, ὡς ἐν τύπῳ. Παχυμερῶς. Crassè. Inconditè.
Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget?

Tota

Tota dictio eneruis, sine sanguine, sine colore, atque, vt ait Catullus, Inauratâ pallidior statuâ. Oratio de repentino oborta est; velut in maceria lapides temerario interiectu poni necesse est.

Sine regulæ correctione, & mensuræ parilitate, & perpendiculi solertiâ.

to Rule.

Gubernaculũ, clauũ tenere. In regno voluptatis. Libidine dominante.

In imperij sui gyrum ratio sensum ducit.

In gyrum & aluecum rationis ducere.

Temperabit & habenas moderabitur.

Cancellis virtutum, officijque septis coercet & præclarè continet.

Luxuriantes reprimere & legum habenis constringere.

S.

Safe. Sure.

TAnquam caduceo securus aliquo. Extra tela & puluerem positi. Si quis Deus sponsor te in monte aliquo constituat Homericâ velatum nube. Legenti oras & per litus leniter fluenti.

Achilleæ instar panopliæ. Hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum.

Omnis res est in vado. In vado salutis. In portu nauigo.

Literarum insulis protectus; velamine nuptus. Præsidijs philosophiæ septus. Literis me inuoluo. In literas me abdo.

Dij tibi natum sospitent.

as they Say.

Quod aiunt. Quod in prouerbio est. Vt prouerbiali vtar dicto.

Sermone iam tritum est. Vt dici solet.

In triuijs vulgatum compitalibus.

Scarce.

Cygnus niger Non ens. Abijt in Vtopiam.

to Search or Seeke.

Cœlum & terram subtilis ingenij alâ peruolare, penitius scrutari.

Omnibus vestigijs inquirere, insistere. Quæstionem habere. Ambire.

Subtili quadam & exquisitâ indagatione solertissimè inuestigare.

Feriatis ingenijs altiore indagine quærendum.

Curiosis rimari oculis. Solerti industriâ perscrutari. Aucupari.

S.

Curiosè nimis & ſubtiliter ſcrutari τὰς ἐν ᾅδου τετραγωνίσαι.
Cicum ſpectatrix cum oculis emiſſitijs.
Miremur non rimemur. Si primorum replicaueris annales.

to See.

Oculis vſurpare. Sibi ante oculos proponere. Luſtrare.
Videant irreligioſi; videant, & errorem ſuum recognoſcant.
Satin' ego oculis vtilitatem obtineo ſyncerè, an parum?

to Sell openly.

Haſtam ponere. Auctionari. Auctionem facere.
Venale, promercale, nundinatum imperium.

to Set forth, vide Decke.

Adeò melius oratorem vel hirtâ togâ induere, quàm fucatis & meretricijs veſtibus inſignire. Pigmento & cincinno orationis. Nitore.
Calamiſtrata, Calamiſtro inuſta. Verborum phaleris.
Sententiarum ſucco ſolidè coagmentari, non vermiculari bello illo emblemate. Politè neruoſum.
Nemo verbis poteſt conſequi. Quærendum nouum verbum.
Errores rancidos logico ceruſſo purpuraret; Minio.
Malim C. Gracchi impetum, aut L. Craſſi maturitatem, quàm calamiſtra Mæcenatis, aut tinnitum Gallionis.

Shame.

Graui flagrare infamiâ. Inſigni dedecore cooperiri.
Ignominiæ labe turpiſſimâ aſpergi; notari.

Shameleſſe, vide Aſhamed.

Perfrictæ, effrictæ frontis. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris omnia patent omnibus; nec inducuntur, ſed irrumpunt.
Ita audacia os tuum durauit in tam impias voces.

in all mens Sight, vide Famous.

Vt omnium oculos in me vnum coniectos arbitrer: conuerſos.
Vt me quæſturamque meam quaſi in aliquo orbis terræ theatro verſari exiſtimem. Conſpicuum & eminens.
Quaſi in ſublimi propoſitum ſpeculâ virtutis elucet.

at the firſt Sight.

Primo vultu, intuitu, facie, fronte, aſpectu, congreſſu.
Huic malo ipſo primo impetu & acie occurrendum.

Silent.

Linguiſque animiſque fauete. Ore obturato.
Pauliſper ſe intra ſilentium tenuit. Digito compeſcere labellum.
Nam de Carthagine ſilere melius puto, quàm pauca dicere.

Harpocratem

Harpocratem agere vel Angeroniam. Pythagorico vti silentio.
Ne verbum aliquod effugiat per septum dentium.

Argentaginam pati. i. Silentium vendere.

to Sit by one.

Alterum fouens Prætextati latus. Cingentibus Liuiam.
Iuuentutis grege circumsidebatur. Tegere latus.

to Slander, vide Raile.

Detrahere de fama. Maledicta ingerere. Vexare famam.
Inuolare nomen, inuadere, petere, depeculari.
Debito honore spoliare. Labe aspergere.
Notam aliquam vitæ & moribus inurere.
Inurere æternas maculas quas reliqua vita eluere non possit. Optimi cuiusque famam incesto ore lacerare.
Et Petilij vexati sunt probris, quòd splendere alienâ inuidiâ voluissent, spoliaque ex Africani gloriâ peterent.
Alicuius hominis, celebritati inuidiam conflare.
Tenebras splendori offundere. Existimationem alicuius minuere.
Viperæ ritu, niueo denticulo atrum venenum inspirare.
Si & hisce deliramentis genuinum molarem inuidia non fixerit.
In quas obloquiorum Scyllas? Concinnatis calumnijs.
Qui nunquam ferè os suum nisi maledictis & calumnijs aperiat.
Quin ei nocens lingua mendaciorum & amaritudinum præminista semper in fæcilinijs & olenticetis iaceat.
Morsum dentis igniti, flammei, fulminei, impresserat.
Quòd me sinistræ rumor ac fumus opinionis afflauit.
Nimia illa labes & quasi lacuna famæ imminentis.

Slow.

Pedibus pulmoneis qui perhibetur, priùs venisset quàm tu.

to Speake.

Inire, incidere in sermonem. Sermonem habere. Verba facere.
Tacitus nullo modo præterire possum. Versari in sermonibus.
Soleo sæpè ante oculos ponere, idque libenter crebris vsurpare sermonibus. Vt mollissimè dicam. Nequid dicam grauiùs.
Res percrebuit, in ore atque sermone omnium cœpit esse.
Silentium ecce eiuro & Locuteleius fio.
Cerebrum excutiunt mihi tua dicta, lapides loqueris.

Speedily.

Manibus pedibusque. Cum dicto. Cum vestigio euanuit.
Si me Dædaleis aut Pægaseis tulissem remigijs. Remis velisque.

Rapidum

Rapidum iter ac præceps velut vno ſpiritu. Celeri mentis alâ.
Per ſomnium diuites facti. Δι' ὄναρ πλουτοῦσιν. Paſſis velis.
Quadrigas ſi nunc inſcendas Iouis, atque hinc fugias; ita vix poteris effugere infortunium. Operam celocem hanc, ne corbitam date.
Pegaſeo gradu & vorans viam redi. Curriculo abi; vola.
Triptolemi currus aſcendere. Ocyùs conficere ſpacium.

to Staine. vide Slander.

Ne Claudiæ genti eam inuſtam maculam vellent, vt videretur.
Ne talis notæ contagio ad ipſius quoque gloriæ ſugillationem penetraret. Repulsâ præturæ ſugillatus eſt.

to Stirre vp.

Addere, admouere, adijcere ſtimulos. Erigere, Accendere, Incendere.
Quos aculeos habet veſtra ſeueritas, cum eos accuſator erexerit.
Acriores ad ſtudia dicendi faces ſubdidit, tanquam eos exacuit.
Me ad melioris ſortis aleam mouent & hortantur.
Suos hortando ad virtutem arrigere.

to be in a Straite.

In arctum: in anguſtum coguntur copiæ. Vrgentur anguſtijs.
In impeditum & inextricabilem Labyrinthum.
In has verborũ anguſtias artiſque perexiguos cancellos me compegi.

Stubborne. vide Resist.

Quo morbo, quoniam totâ laboras ceruice.

Such is.

Quæ tua eſt humanitas. Quo es ingenij candore.
Ita enim à natura ſumus formati.
In illa ſuperbiâ & importunitate.

T.

Take heed.

Vide ſis. Caue ſis. Cautio eſt. Religio eſt.

to Take in good part.

Ambabus vlnis amplecti. Obuijs manibus excipere.
Summa animi propenſione complecti. Sinu fouere.
Hoſpitio benigniſſimè excipere. Gratis animis colere.
Lætâ fronte aſpicere. Nimis quàm libens ſermones libo.
Panderet modò ſinum & venienti occurreret.
Sinum laxa, merum lucrum eſt.

T.

to Teach.

Vagientibus pueris lac cibumque præmansum in ora ingerere.
Qui omnes tenuissimas particulas atque omnia minima mansa, vt nutrices infantibus pueris in os inserunt. Viam digito commonstrare.
Primis elementis instituere literariæ militiæ tyrones.
Literis imbuere, inficere. Scientiâ augere. Ad humanitatē informare.
In nobiliorum puerorum cudendâ & poliendâ linguâ acerrimam vltimæ ætatis contentionem Hieronymus fixit.
Ad meliores artes præit iuuentuti. Prælegit.
Hoc, si qua in parte lubricum adolescentiæ declinat, reuocas; inornatumque robur subsidio impensiùs regis.

to giue Thankes.

Omnia hæc tibi accepta fero. Immortales habeo gratias.
Maximas gratias tibi agimus C. Cæsar, maiores etiam habemus.
Gratâ memoriâ beneficium prosequi. Apud memorem beneficij stat gratia. Tua erga me munera, dum vita suppetet, æterna erunt.
Gratitudinis deditionem agnoscere, polliceri, præstare.
Grati animi argumētū, testimoniū perhibere. Gratas gratias memini.
Semper intentum, promptum, paratum me esse ad gratias referendas.
Tibi lætus, lubens laudes ago, & grates gratiasque habeo.
Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices.

to serue the Time.

Scire vti foro. Tempori sagaciter inseruire. Seruire scenæ.
Omnium horarum hominem agere.

to make Tryall.

Periculum facias in musicis. Ad Lydium lapidem: Heraclium.
In ingenij palæstram & arenam inducere. In certamen descendere.
Examinemus iudicij tanquam aurificis staterâ, conflatorio, separatim.
Qui dolium hoc nunquam volutarunt.
Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.

Trusting vnto.

Humanitate tuâ fretus. Humeris suffultus, adiutus, nixus.
Virtutis tuæ quasi quibusdam fibris nixus.

to doe a good Turne, vide Pleasure.

Me diuino beneficio affeceris. Pergratum feceris.
Me tibi beneficijs in æternum deuinxisti; obligasti.
Beneficium ponere, collocare; serere, vt metere possis fructum.
Muneribus ornare, cumulare.
Atque vt hoc beneficium clauo, quemadmodum dicitur, trabali figas.

Value

V.

Value, vide Account.

Violence.

VIs illa fuit & ruina quædam ac tempeſtas.
Inuolauimus & quaſi vi factâ irrupimus in tuum ſinum.

Vertuous.

Diuini igniculi, virtutumque ſemina magis magiſque in dies ad maturitatem caneſcebant. Omnibus numeris virtutis diues.
Tot virtutis ornamentis excultus.

Understanding, vide Wit.

Unlearned, vide Rude.

In omni re literariâ tyro ac rudis, hoſpes ac peregrinus.
A muſis alienus, auerſus. A muſarum amœniorum choro alieni.
Nam quis eſt adeò non ab eruditione modò, ſed à ſenſu remotus hominis? Qui nunquam philoſophum, ne pictum, quod dicitur, vidit.

Unthankfull.

Non imitari alicuius erga ſe beneficia. Parum memor beneficij.
Officiū in illo requiritur, deſideratur. Siccine mihi malè refertur gratia?

Unwilling.

Præter morem meum & præter votum. Cum aculeo diſceſſi. Quaſi anima à corpore, ita auulſus ſum à vobis.

W.

to Wait on.

ANcillari. Famulari. Subſeruire. Velificari.

to lay Waite, vide Deceite.

Inſidias moliri, ſtruere. Retia tendere. Cuniculis oppugnare.

to Watch diligently.

Argi centenis oculis obſeruare, fixis.
Inſomnes noctes traducere.

to Want.

Alterum deſideramus in Græcis. Requirere ſe in ſenatu conſularem, in votis ſacerdotem, in iureiurando ciuem.
Huius deſiderium ciuitas ferre diutius non poteſt.
Vt in ipſa Siciliâ Siciliam deſideraretis.

to make Warre.

Bellum internecinum infeſtiſſimis gerere animis. Conſertâ manu.

Aperto

W.

Aperto prælio cum hoste congredi: confligere. Conferre pedem.
Per omnes Galliæ articulos gangrena serpit sanguinolenti belli.
Cœlo deique solio aduersa signa Giganteo quodam fastu inferre.
Pro hac Helenâ certant. Cuneos Gradiui, Faces. Sagum induere.
Infesta patriæ signa intulit. In acie stare; in procinctu.

to leauie forces for Warre.

Cogere; conficere, copias, exercitum, vim militum.
Conscribere milites. Delectum habere militum.
Comparare, conflare, colligere manum.

Wasted.

Vastus attritusque apparet, non aliter ac si cœlesti quodam igne deflagrasset. Exhausta & attonsa res. Vacillat peculium.
Conturbauit; decoxit; confregit rem. Dilacerauit, deartuauitq; opes.
Labat, iam pellucente ruinâ. In foro non comparet.
Is vel Herculi conterere quæstum possiet. Rem familiarem effusè prodigere; dissipare; comedere; deuorare; abligurire; absorbere; dilapidare.

Weake.

Insolentiam labefactare; minuere; contundere; reprimere; frangere; infirmare. Retardare spiritus. Seditionis fibras euellere, extirpare.
Brachium perditorum reprimere. Autoritatem eius imminutum iret.
Cum mens humana vel rationis quodam quasi neruo inciso ita langueat, vel concretionis quadam, prope dixeram, labe infecta ita hebescat. Elumbes & perpetuâ macie squallentes.

to Weigh, vide Judge vprightly.

a Weighty matter.

Res non leuis momenti. Onus Ætnâ grauius. Herculeum opus.
Onus nostris impar viribus, humeris. *Hic labor hoc opus est.*
Duram suscipere prouinciam, lubricam, scopulosam.
Onerosam imperij vim sustinere nequit. hanc Spartam nactus.
Non imponi ceruicibus tuis onus, sub quo concidas, corruas.
Colossea onera. Atlantica.

of good Wit, or Wise.

Non vulgari ingenij dexteritate. Ingenij oculus purus & acer.
Subtilissimâ ingenij acie acumine, candore, lumine prope diuino.
Supra mortalitatem istam sapere. In hac facultate versatissimi.
Quo est acumine & iudicio. Acri vegetóque ingenio.
Extra omnem ingenij aleam positus. Vir oculatissimus.

Ingenij

Ingenij dotibus cumulatissimus. Cui vegeta & alta indoles.
Nullius tantum est flumen ingenij. Acumen diuum.
Nullo fluentis ingenij sale: nullis ingenij scintillis conditus.
Homo, nec meo iudicio stultus, & suo valdè sapiens.
Tu nihil nisi sapientia es: ille futilis, somnium.
Nunc experiar, sitne acetum tibi cor acre in pectore.
Ecquid habet is homo aceti in pectore? *Ch.* atque acidissimi.
Sapit hic pleno pectore. Habet cor. Cordatus.

in this World.

Sub eodem cœli fornice. In eadem terræ pilâ, fœce.
In vniuersa rerum naturâ. Quicunque huius molis circumscriptione continemur. In vasto hoc mundi agro, theatro.

to waxe Worse.

Inclinare. Pessum ire. In deterius vergere. In peius labi.

Wretched.

Quis tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato & in pœnam genitus?
Ego igitur ærumnatus, deartuatus sum miser.
Ad inimicorum vsque dolorem deuenustatus, & à rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exputus. Miseranda vel hosti.
Fortunæ telis expositus; afflictus; perculsus. Aduersâ fortunâ oppressus.
Omnes fortunæ dimicationes subire.
Quem neque iam seruare salus, si vult; potest.

to Write.

Literis suis incidunt. Literarum mandare monumentis.
Vt hoc inter nos epistolarum commercium frequentemus.
Annalium monimentis consecrare. Commentarijs prodere.
Notiora sunt, quàm vt stylo egeant. Stylo expressum.

to Write at large, vide Matter.

Fuso, vberiore rationis filo retexere. Fusius commemorare.
In cuius laudes amplissimas, tanquam in Oceanum aliquem descendi.
Pleno iam satis alueo fluit. Decennali Logicæ prælectione, atque adeo tricubitalibus annotamentis inculcant.
Luxuriare orationis vbertate.

FINIS.